

Secundus

dum simillantis fulgetris. Sed hæc oia esse fortuita. Hinc bruta fulmina & uana ut quæ nulla ueniant ratione naturæ. iis percuti montes: iis maria. oēsque alios irritos iactus. illa uero fatidica ex alto statisque de causis & ex suis uenire syderibus. Simili modo uentos uel potius flatus posse ex arido siccoque anhelitu terræ gigni non negauerim. posse aquis aera expirantibus qui neque in nebulam densetur: nec crassescat in nubes. posse. & solis impulsu agi quoniam uentus non aliud intelligat quam fluctus aeris pluribusque etiam modis. namque & fluminibus & niuibus & e mari uidemus etiam tranquillo: & alios quos uocant altanos e terra consurgere. Qui quidem cum e mari redeunt tropei uocantur: si pergunt apogei

Qua ratione echo reddatur. cap. xlyi.

Montium uero flexus crebrius uertices & conflexa cubito aut confracta in humeros iuga concavi uallum sinus scindunt inæqualiter: inde resultantem aera quæ causa etiam uoces multis in locis reciprocas facit.

De uentis. cap. xlyii.

In fine uentos generant iam quidam etiam specus: qualis in dalmatiæ ora uasto in præceps hiatu. in quem deiecto leui pondere quauis tranquillo die turbini similis emicat procella nomen loco est sentaquin. Et in cyrenaica prouincia rupes quædam austro traditur sacra: quam profanum sit attrectari hominis manu: confestim austro inuolente harenas. in domibus etiam multis manufacta inclusa opacitate conceptacula auras suas habet. adeo cæ non deest. sed plurimum interest flatus sit an uentus: illos statos atque perspirantes: quos non tractus aliquis uerum terræ sentiunt: qui non aura non procella maris: sed appellatione quoque ipsa uenti sunt. qui siue assiduo mundi in incitu & contrario syderum occurfu nascuntur siue hic est: ille generabilis rerum nature spiritus huc illucque tanquam in utero aliquo uagus: siue disparili erraticum syderum ictu. radiatorumque multiforimi iactu flagellatus aer: siue a suis syderibus exeunt his prioribus: siue ab illis cælo affixis cadunt: palam est illos quoque legem habere naturæ non inotam etiam. si nundum percognitam:

Nature & obseruationes uentorum. cap. xlyiii.

Quædam & apertius auctores greci ueteres prodidere de his obseruationes: quo magis miror orbem tam discordi & in regna hoc est in membra diuiso tot uiris cure fuisse tam ardua uentum perquirere inter bella præsertim & infida hospitia. piratis etiam omnium mortalium hostibus transitus famæ tenentibus: ut hodie quedam in suo quisque tractu ex eorum commentariis qui nunc eo accesserit uerius noscant quam indigenarum scientia. Nunc uero pace tam festa: tam gaudente prouentu rerum artiumque principe omnino nihil adisci noua inquisitione: imo ne ueterum quæ inuenta perdisci non erant maiora premia in multos dispersa fortune magnitudine & ista plures sine premio alio quam posteris iuandis eruerunt. Namque mores hominum seruere non fructus. Et immensa multitudo apertum quodcumque est mare hospitalique littorum omnium appulsu nauigat: sed lucri non scientie gratia nec reputat cæci mens etiam tantum auaritie intenta id ipsum scientia posse tutius fieri. Quapropter scrupulosius quam instituto fortassis conueniat operi tractabo uentos tot milia nauigantium cernens.

Ventorum genera. cap. xlix.

Quædam quattuor omnino seruire per totidem mundi partes: ideo nec Homerus plures nominat. Hebetius mox iudicatum est secura etas octo addidit ratione nimis subtili & conscissa. proximis inter utraque media placuit ad breue numerum additis quattuor. Sunt ergo bini in quattuor celi partibus. ab oriente equinoctialis subsolanus. ab oriente brumali uulturus. illum apelioten: hunc greci eorum appellant. A meridie auster: Et ab occasu brumali africanus: noton & liba nominant. Ab occasu equinoctiali fauonius. ab occasu solstitiali corus: zephyron & argesten uocant. a septentrionibus septentrio. Interque eum & exortum solstiale aquilo. a parctias dicti & boreas. numerosior ratio quattuor iis interiecerat transeam media regione inter septentrionem & occasum solstiale itaque etiam media inter aquilonem & exortum equinoctialem. ab ortu solstitiali phœnica media regione inter ortum brumalem & meridiem. item inter liba & noton. compositum ex utroque medium. inter meridiem & bybernum occidentem libanoton. Nec finis. alii quippe mensen nomine etiam addidere inter boream & cetiam. Et inter eorum & noton euronoton. Sunt etiam quidam peculiare quibusque gentibus uenti non ultra certum procedentes tractum: ut atheniensibus scyron. paulo ab argeste deflexus relique grecie ignotus: aliubi elatior idem olympias uocatur. Consuetudo his omnibus nominibus argesten intelligit & cetiam. aliqui uocant hellefontion. & eosdem alibi aliter item in narbonensi prouincia clarissimus uentorum est circius: nec ulli uolentia inferior. osti plerumque recto ligustico mari preterens: idem non modo in reliquis partibus celi ignotus est: sed ne uienam quidem eiusdem prouincie urbem attingens: paucis ante limitibus iugi modici occurfu tantus ille uentorum est coercitus. & autros in egyptum penetrare negat fabianus. Quo fit manifesta lex natura uentis etiam & temporum & sine dicto. Ver ergo aperit nauigantibus maria. Cuius in principio fauonii bybernum molliunt celum sole aquari. xxy. optinente partem is dies sextus est ante februiarias idus. Competit ferme & hoc